mè practica est, & omni tempore Philosophorum ingenia torsit: Quare bonis viris mala accidant? *cum sit* providentia. *conf.* Witsius *Miscell. To. I, L. 1. c. 16. §. 23.*

b) *Chemiæ quoq; peritissimus, ut apud* Buddeum *contendit* Borrichius, *quod aurum combusserit, in pulveremque redegerit. Atqui solo igne, absque chemiæ subsidio liquari quidem aurum, nullo autem modo in pulverem redigi posse.*

c) *an & Kabbalæ, sive exotericæ philosophandi rationis? conf. Buddeus XIII. pag. 36. Paganorum de Mose testimonia congessit Vossiani de Sectis Philosophorum Operis Continuator Rysselius cap. II, § 5 p. 130, 131.*

d) *Buddeus §. LIII. p. 395.*

e) *qualis fuit* Josua, Judices plurimi, Samuel, David *præcipuè*, homo prudentissimus, *ac varia fortuna exercitus.*

g) *Præpar. Evang. II, 2, add. Placcius de augenda Ethica c. 1. text. 2. n. 3. p. 23.*

Evdæmonologia Salomonis.

h) *ut* quod nec in usu terræ: *quid enim miserius, quam terram manere, quæ hominum caussa facta est, & ipsum hominem, terræ Dominum in pulverem dissolvi? Eccles. I, 4. Adde quod usus rerum terrenarum non semper in nostrâ sit potestate, II, 24.* nec in studiis aut laboribus, *quippe molestiarum plenis, I, 13. & quod cum magna sapientiâ magna etiam sit indignatio. I, 17.* Wer viel sihet und weiß/ wie es gehen solte/ der gedencket: Ach wie heilloß und schändlich gehet es in dieser Welt! *ut* Lutheri *habet adnotatio; nec in* divitiis, *II, 1. quid miserius, quam divitias corradere heredi pleraque consumturo? II, 18. adde, quod nihil, præter oculos, iisdem satiatur. IV, 8. V, 9. nec sunt perpetuæ, sed & noxiæ plerumque V, 12. nec* in providentia humana *futurorum; quia singula tempus habent, III, 1. sq. nec* in voluptate. *Risum vocavi errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? II, 1. nec* in cæteris, *quæ externo videntur oculo, quia ferme eadem cum brutis conditio hominis exterius videtur, III, 19. justusque in sua perit justitia VII, 16. IX, 2.* non infrequens *Principum, aut eorum potestate, quia superior est in cœlis, & vind. V, 7. Prorsus ut* Seneca:

Quidquid à vobis minor extimescit:
Major hoc vobis Dominus minatur;
Omne sub regno graviore Regnum est.

nec